

VERSIONES.

Syriacus n. 37. In die autem in illo magno, qui erat vltimus festi; stabat I E S V S.

D. Gregor. Nyss. Si quis sitit, accedat ad me. Orat in Cant.

Syriacus n 38. Quisquis credit in me sicut dixerunt Scripturæ.

Vatabl. Euthy-Nondum erat Spiritus sanctus, quia I E S V S nondum erat glorificatus.

Chryf. Theoph. Nondum erat datus Spiritus sanctus.

EXPOSITIO VIII.



Nouissimo autem die magno festiuitatis. Festum Scenopegie celebratur octo diebus, primus, & octauus, seu nouissimus erat celeberrimus, in eoque collectæ fiebant, vt dixi quæst. 1. num. 8. in eoque omnis populus ad templum confluxebat; Stabat Iesus. Docens omnes, vt omnibus pabulum suæ doctrinæ præberet. D. Chrysofom. homil. 50. Cur ergo in nouissimo, ait, quia in illo omnes conueniebant, non ita in aliis. Et postea subdit. In nouissimo, quoniam domum erant redituri præbet eis ad salutem viaticam. Et D. Cyrill. Alexandr. lib. 5. cap. 10. Medij dies festi voluptatibus potius, quam Dei cultui adhibebantur. Nouissimus autem dies, delictis finem imposuerat, cum iam de reditu esset cogitandum eo die finis vite inuitat, vt ad se vehiant, & bibant potum illum salutarem. Cum iam non de mundo, ac eius mansione, sed de transitu, ac transmigratone cogitant, tunc illis præbet salutarem potum. Stabat tanquam rem magnam, & multæ considerationis eructans. Et clamabat. Euthym. Quia multi aderant. Theophylact. Clamauit autem Iesus, ait, partem vt libertatem suam vendidit, & quod nullum metueret. D. Ambrosius in Plal. 118. serm. 19. Vocæ verè magna clamabat, quia vocabat homines ad regna calorump. Pro re spiritali alta voce, & vi agendum. Phariseus inter se obmurmurabat Luc. 7. num. 39. Christus sublimi innotat voce; Phariseus mendacia proferebat, Christus vera, & solida dicebat; si quis. Omnes vocat, nullum excludit; sicut; suam salutem, vitam beatam, ac æternam, hæc enim euiliber maximè sitienda, ac desideranda est; veniat ad me; per fidem, & bibat; hauriat à me doctrinam, Euangelicam, gratiam, & omne bonum, & explebitur eius desiderium assequendo id, quod optat.

Qui credit in me. Sicut oportet, me scilicet ait Christus, esse verum filium Dei, ac Messiam in lege promissum. Sicut dicit Scriptura; de quo quæstione sequenti, flumina de ventre eius, significatur quod qui bibit de fonte Christi per fidem viuam, fiet in eo fons, à quo tanta bona defluant, vt non tantum illi sufficiant, sed etiam in alios deriuentur. Flumina, ait, non flumen, vt maximam denotet abundantiam. Theophylact. Flumina fluere dicebat, non flumen. Spiritus liberalem gratiam, & largitatem insinuans. Hæc autem abundantia non erit transitorie, sed fluens. Continuè, ac perenniter. De ventre eius. Hoc est de interiori animæ eius

109. Porus celestis sumendus sub consideratione mori.

Euthym. Theophyl. Veritas aperite, falsitas submissè dicitur. Ambros. Luc. 7.

110. Theophyl. Abundantia diuina pietatis in nos cõtinua.

quæritis ad occidendum, post mortem meam summopere me optabitis, sed minime me inuenietis. Ac si bonus Pater dicat filiis, ac seruis; modò vobis sum petasus, & molestus, post mortem verò meam me desiderabitis, sed non habebitis, sed non inuenietis. Sic frequenter contigit, vt magnos viros præfentes contemnamus, absentes veneremur; Clemens Alexand. in adhortatoria ad gentes. Solent, ait, nescio quomodo ea quidem, que sunt præfentia, despici propter consuetudinem: que autem sunt separata in admiratione haberi.

108. Multa familiaritate quadraginta diebus in Monte agit Moyses cum Domino. Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Exod. 33. num. 11. Ex hæc Dei visione magnum eius desiderium in eo accrescit. Deprecabaturque Dominum, si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam. ibidem num. 23. Nec distulit Dominus promissum, sed descendit per nubem, statque cum Moysè. Quo transeunte coram eo, ait, Dominator Domine Deus misericors, & clemens, patiens, & multa miserationis, & verax, qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, & scelera, &c. Exod. 34. num. 6. Cur quando tanta familiaritate agit cum Domino in monte, ac quando Dominus descendit per nubem ostendens omne bonum, non sic eum laudibus celebrat, nec tantis repetitis encomiis extollit, vt modo in fine visionis, quam huius reiteratio? Quo transeunte coram eo, ait, Dominator Domine Deus, &c. Non aduenientem, nec commorantem, sed transeuntem repetitis acclamationibus decantat, ex ipso recessu ardentius eo fruendi desiderio inflammabatur, viuaciusque ad eum contemplandum excitabatur. D. Augustin. q. 152. in Exodum. Hoc factum est in eis, ait, quos tunc significabat persona Moysi, id est Israëlitis, qui in Dominum Iesum crediderunt, id est statim, vt transeat eius gloria. Nam postquam surrexit à mortuis, compuncti sunt corde multi, &c. Gerebat Moyses figuram sui populi Iudaici, qui cum præfentem haberet Dominum Iesum contempserat, & maximè post mortem exoptauit; At verò postea crediderunt, vt transeat eius gloria. Cum post Domini resurrectionem, cum iam ipse sua gloria esset assumptus in cælum, multi vehementer exoptarunt, quem præfentem spreuerunt. De hoc vide multa tom. 1. & 3. verbo Absentia.

109. Absentia in maiori estimatione quàm præfentia.

August.

Ioan. 7. n. 37. In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat I E S V S, & clamabat dicens; si quis sitit, veniat ad me, & bibat.

Num 38. Qui credit in me sicut dicit Scripturæ, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Num 39. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia I E S V S nondum erat glorificatus.

Chrysof. Gregor. August. Basil. Gregor. Chrysof. Cyrill. Origen. Alb. Magn. eius. D. Chrysofom. de corde; D. Gregor. citatus in catena, de mente eius. D. Augustin. de conscientia. Aquæ viuæ, id est charitatis, vt explicat D. Augustinus. Secundò latitiæ spiritualis, vt ait D. Basil. in Plal. 45. iuxta id, quod dicitur ibi. Fluminis impetus laetificat ciuitatem Dei. Tertio doctrinæ Euangelicæ, vt docent D. Ambros. & D. Gregor. Quarto omnium donorum gratiæ, & gloriæ, ac omnium charismatum spiritualium, vt interpretantur D. Chrysofom. D. Cyrill. Origen. Albertus Magn. & alij.

111. Hoc autem dixit de Spiritu sancto. Verba sunt Euangelistæ exponentis Christi sententiam de Spiritu sancto, qui communicandus erat credentibus; ipsūque Spiritum sanctum assignat vt fontem aquæ viuæ. Ioan. 4. num. 14. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. A quo copiosa flumina ad credentes irrigandos redundabunt. Nondum. Adhuc Euangelistæ exponit Christi verba cur de futuro loquatur. Erat Spiritus datus. Aliqui codices Græci habent; Nondum erat Spiritus sanctus, intelligitur datus; huiusmodi codices sunt emendandi, & legendum cum nostra vulgata, ac cum aliis Patribus Græcis, & Latinis, Chrysof. homil. 50. Dydamo de Spiritu sancto lib. 2. D. Cyrill. D. August. D. Leont. serm. 2. de Pentecost. Nondum erat datus Spiritus. Cuius rei rationem subdit Euangelistæ. Quia I E S V S nondum erat glorificatus. D. Chrysof. Leont. Euthym. Rupert. glorificationem exponunt Christi mortem, & crucem eius. D. Hieron. Epistol. ad Hedibiam q. 9. Gloria Saluatoris, ait, patibulum triumphantis est. Theophylactus. Gloriam hoc loco, inquit, crucem nominat Euangelistæ. Per crucem enim deiecit Christi tyrannum Rupertus hic ait. Obedientia Christi, qua Deo Patri semetipsum obtulit, glorificatio eius est. D. Augustinus tractat. 32. Beda. Christi glorificationem eius resurrectionem interpretantur. D. Leo. serm. 2. de Pentecost. Cum communi sententia, in qua est etiam D. Augustin. Domini Ascensionem dicunt, sensus ergo est. Spiritus sanctus nondum in linguis igneis, ac mirabiliter aduentu erat datus, quia nondum Christus resurrexerat, ac in cælum ascenderat, tunc enim maximè est glorificatus.

112. Maxime solliciti sunt Auctores inquirentes, in quam Scripturam reperiantur Christi verba allegata: Flumina de eius ventre fluent.

113. Secundo. D. Chrysofom. hom. 50. Leontius, Euthymius, Theophylact. hæc verba cum antecedentibus coniungunt. Qui credit in me, sicut dicit Scripturæ. Et tunc fingunt punctum. Omnis enim Scripturæ clament in Christum sicut oportet credendum esse, vt ipse in verum Deum, ac Messiam. Aptior tamen est expositio, quod ver-

114. Tertio. D. Hieron. Præfatione in Genesim. Origen. homil. 12. in Numer. Rupertus. S. Thomas, Toletus existimant id scriptum Prouerb. 5. num. 16. Bibe aquam de cisterna tua; & fluentia putei tui. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Hæc tamen sententia procedit in sensu mystico, nam literalis alius est, vt ibi tradunt commentatores, & aduertit Cornelius à Lapide.

115. Quarto, plenissimè Recentiores. Maldonatus, Barradas, Lucas Burgenf. Cornelius à Lapide, & alij tenent, id non in vno, sed in multis locis Scripturæ contineri; idque non omnino quoad verba, sed quoad sensum, & rem. Ioel. 2. num. 28. Effundam Spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri. Isai. 41. num. 18. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes; & 44. num. 3. Effundam enim aquas super sitientem, & fluentia super arida. Similia habentur cap. 55. num. 2. Ezechiel. 86. num. 25. & 39. num. 29. Ecclesiast. 24. num. 40. Cantic. 4. num. 15.

116. Hæc sententia inde mihi verior, quia aliquando citantur testimonia Scripturæ, non quod eadem verba in ipsa reperiantur, sed quod idem sensus in illa sit contentus. D. Matth. 2. num. 23. De Christo Domino ait. Ut impleretur, quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazareus vocabitur; & tamen apud Prophetas non inuenitur Christus expressis verbis dictus Nazareus, sed sensu; Nam Nazareus sanctus interpretatur; Christum autem sanctum futurum omnis scriptura commemorat. Sic exponunt D. Hieron. D. Pasch. Albert. Magn. D. Thomas, Caietan. & alij, vt dixi tom. 1. lib. 2. cap. 9. q. 9. num. 34.

117. Per Patrem ad Christum venimus. Hieron.

118. Tolet. Nullus in hoc sæculo perfectus.

119. Eccles. 24. Maximè ad quæstionem respondeo. Vehementissimus est bibendi appetitus, & cum sub similitudine aquæ, vt patet ex sequenti versu. Flumina de ventre eius fluent: promissus esset nobis bonum

ba; sicut dicit Scripturæ. Ad subsequencia referantur; flumina de ventre eius.

114. Hieron. Origenes. Rupert. D Thom. Tolet. Cornel.

115. Maldonatus. Barrad. Lucas Burg. Cornel. Ioel. 2. Isai. 41.

116. Hieron. Paschaf. Albert. D Thom. Caietan.

QUESTIO XIII.

Quare sitientes vocat ad se Christus?

117. I T Christus Dominus in præfenti. Si quis sitit veniat ad me. Via, per quam ad Christum eundem est, vt eius salutare poculum bibamus, est Deus Pater; qui facit, vt de I E S V bonis participemus. D. Hieronym. in cap. 1. Aggæi Prophetæ. Clamabat Iesus, ait, si quis sitit veniat ad me. Et hunc ipsum tunc poterimus bibere, cum petierimus à Deo Patre. Nemo venit ad me, nisi eum adduxerit Pater.

118. Præfens quæstio inquit cur Christus sitientes ad se vocat. Pro quo aduerte, quod omnes ad se vocat, cum ait: Si quis sitit. Nam vt ait Toletus. Nemo in hoc sæculo ita est omnibus numeris perfectus; qui non adhuc impleri, & perfici possit, & esto esset aliquis ita perfectus, adhuc iste vocatus, quia in via virtutis nullus debet sistere, sed semper ad maiorem perfectionem tendere. Sic dicitur Ecclesiast. 24. n. 29. Qui edunt me, adhuc esurient; & qui bibunt me adhuc sitient. Non determinat autem I E S V S de quo sit huiusmodi sitis, quia sub salute, gratia, ac vita æterna, de qua intelligitur sitis, omne bonum, & appetibile denotatur.

119. Maximè ad quæstionem respondeo. Vehementissimus est bibendi appetitus, & cum sub similitudine aquæ, vt patet ex sequenti versu. Flumina de ventre eius fluent: promissus esset nobis bonum

bonum nostrum, metaphora fitis explicat desiderium illius boni, quod est valde frequens in Scriptura. Hinc mulier illa Samaritana, quae de sua salute iam custos esse incaegerat. Vt ait Albertus Magnus: egressa est ad hauriendam aquam. Ioan. 4. num. 7. Dauid desideravit aquam eisternae Bethlehemi 2. Reg. 23. n. 14. Per quam aquam Christum respiciebat. Sicut anima mea ad Deum fontem vivum. Psal. 41. num. 3. Omnes sitientes venite ad aquas. Isai. 55. num. 1. Euthymius, Neque enim, sic ait in persona Christi, eos convoco, qui non sitiant, sed qui ardent appetunt huiusmodi portionem, sitientes, ac sollicitos de sua salute, & qui in illa operantur, non autem desides vocat Christus.

Desiderium salutis per sim explicatur. Ioan. 4. 2. Reg. Psal. 41. Isai. 55. Euthym.

120. Chrysof.

Voluntas pro pretio est. Deo. Apocal. 2. r.

121. Cyrill.

Damasc.

Eccles. 15.

Prouerb. 18. Deut. 31. Cantic. 4. Rupertus. Sapientia delictorum sordes abluat.

122.

3. Reg. 3.

Hebraeor. 9.

In Christo uniuersum bonum.

Anselm.

123. Ose. 14.

D. Chrysofomus homil. 50. Nemini vim facio; neminem traho; sed si quis libens, & promptus accedit: si quis ardet desiderio, hunc ego aduoco; Volentes, ac sitientes quarit, ipsa enim voluntas, ac fitis magnum est ei pretium, vt nobis aquam vitae ad propinandum largiatur. Ego sitienti dabo de fonte aqua viua. Apocalyp. 21. num. 6. vide tom. 3. cap. 1. quæst. 13. num. 91. & c. 20. quæst. 11. num. 76.

Tertid. D. Cyrillus lib. 5. in Ioan. cap. 20. Omnes, ait, veram sitientes doctrinam dulciter inuitat, vt ad se veniant, & bibant potum illum salutarem, qui animam reficiat, & omnem æstum cupiditatum resinguat. Idem ferè Damascen. lib. 4. fidei cap. 18. aquas ad quas inuitat, sunt sapientiæ, & doctrinæ, frequenter in sacro textu sapientia per aquam significatur. Aqua sapientiæ salutari potant illum. Ecclesiast. 15. n. 3. Torrens redundans fons sapientiæ. Prouerb. 18. num. 4. Concresecat vt pluuia doctrina mea. Deuter. 32. n. 2. Puteus aquarum viuientium. Cantic. 4. num. 14. Rupertus lib. 4. Aquarum viuientium puteus est sanctarum Scripturarum sacramentum. Et rectè sapientia aquæ comparatur, abluat enim delictorum sordes.

Ad se vocat Christus. Si quis sitit, veniat ad me. In ipso est enim uniuersum bonum, quod faciat, & replet omnem appetitum; 3. Reg. cap. 8. num. 9. dicitur. In arca autem non erat aliud, nisi dua tabule lapideæ, quas posuerat in ea Moyses in Horeb. Paulus autem ad Hebræos 9. num. 4. ait. Arcam testamenti circumteclam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ frondeuerat, & tabula testamenti. Ecce manifesta est difficultas. In primò textu solæ lapideæ tabulæ asseruntur esse in arca; at Paulus non solum tabulas, sed etiam manna, ac virgam floridam Aaron in illa præxerit testificat, si omnia illa, quæ commemorat Apostolus, erant intus in arca, quomodo in libris Regum dicatur, quoddò solum in illa erant tabulæ lapideæ? Spectabat Paulus in arca Christum Dominum quem ipsa representabat, indeque non solum in arca legis directionem in tabulis intuetur, sed etiam omnium dulcedinem, ac saporem manna, florè que in virga Aaronis, vt recreet fructus; vt latet; folia vt vestiat. D. Anselmus in Paulum. Apostolus, ait, ad spirituales sensum magis aspiciet intelligens per arcam Christum, in quo spiritualiter sunt tabulæ testamenti, & virga Aaron, & urna cum manna.

Ait Deus per Oseam cap. 14. num. 6. Ero quasi ros, Israel germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius, vt Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua, gloria eius, & odor eius vt Libani: conuertentur sedentes in umbra eius, viuent tritico, & germinabunt quasi vinea. Omnium rerum felicitas

promittitur Israeli. Germinabit, seu, florebit, vt legit Castrò. Sicut lilium. Arabicus. Rosa, in quo pulchritudinem insinuat. Erumpet radix eius vt Libani. Multa nempe altitudine, profunditate mittit radices, vt Libani cedrus, in quo perseuerantia, ac constantia denotatur. Ibunt rami eius. Filij eius scilicet valde perfuse extendentur; quasi oliua gloria eius. Charitate, ac misericordia replebuntur. Conuertentur sedentes, nimirum vt interpretantur D. Hieronymus, Rupertus, Lyranus, à captiuitate liberabuntur afflicti, viuent tritico, spirituali alimento; geminabunt quasi vinea: propagabuntur, multa nimirum felicitate. Sed vnde tanta rerum abundantia Israeli? Ero quasi ros. Ros mysterium Incarnationis denotat, Christum significat. Rorate cali desuper. Isai. 45. n. 8. Iudic. 6. num. 37. Vt obseruant Rupertus, Lyranus apud Galatin. lib. 3. cap. 17. Cùm autem Christus adest, statim parturiunt flores, fructus, perseuerantia, protectiones, ac omnia bona. Ruffin. libi. Incarnationis squidem sacramento ros gratia in Ecclesiastiarum arua descendit, vt passim diuersis virtutibus fructuosa vitis, liliæque prodirent, & fieret multiplicationis fidelium tanta felicitas, quanta esset agri pleni frugibus floribus gloriantis.

Castro. Arabicus.

Hieron. Rupertus. Lyran. Ex Christi presentia omne bonum manat.

Isai. 45. Galati.

Ruffin.

124. Psal. 35.

Ioan. 4. Omnium bonorum vnus fons Christus.

Chrysof. Theophyl.

Chrysof.

125.

Chrysof. Cyrill. Euthym. Alb. Maga. D. Thom. Bonauent. Psal. 64. Apocal. 12.

126.

Cyrrill. Damasc. Rupert.

QUESTIO XIV.

Quare de credente dicitur, quod flumina de ventre eius fluent aqua viua?

CHRISTVS est fons aquæ viuæ, idest viuificæ gratiæ, vt habetur Psal. 35. n. 10. Quoniam apud te est fons vite. Ex hoc fonte potamus omnes, qui Christo credimus, ac obtemperamus, fietque in nobis fons aquæ salientis in vitam æternam, vt Christus dixit Samaritanæ, Ioan. 4. num. 14. Hic autem fons est Spiritus sanctus, siue eius gratia valde copiosa in nobis, ex qua manant omnia supernaturalia dona gratiæ, & idè ob eius magnam copiam, & largitatem, vt notauit in Expositione, ex D. Chrysofomo, Theophylacto, non dicitur in singulari flumen, sed in plurali, flumina fluent. Tamen rectè notauit Chrysofomus homil. 2. de Anna. Multa flumina, ait, sed vnus est fons. Christus, scilicet Iesus, à quo omnia illa scaturiunt.

Per hæc autem flumina caelestia dona fidei, spei, charitatis, gratiæ, ac aliorum charismatum spiritualium communiter interpretantur sancti Patres. N. D. Cyrillus, Chrysofomus, Euthymius, Albertus Magnus, D. Thomas, D. Bonauentura, & alij. Et frequenter in Scriptura per flumina huiusmodi donorum largitas significatur. Psal. 45. num. 5. fluminis impetus latificauit ciuitatem Dei. Psal. 64. num. 11. Riuos eius inebria, multiplica gemina eius. Apocalyp. 22. num. 1. Ostendit mihi flumina aque viuæ splendidum, tanquam crystallinum procedentem de sede Dei, & Agni. Non guttatim, sed tam abundanter spiritualia bona à Deo in nos descendunt.

Et dicitur. Quod fluent de ventre eius. Per hæc flumina eloquia sacre doctrinæ, ac prædicationis interpretantur D. Cyrillus, D. Damascenus, & alij. Sed cur non dicitur, quod fluent ab ore, sed ex ventre, seu intimis visceribus? Rupertus hoc loco. Flumina, ait, de ventre eius, idest de intimis anima, vbi Deus interno sentitur amore, seipsam

anima

QUESTIO XV.

Quare ante Ascensionem non fuerit Spiritus sanctus datus discipulis, vt postea?

ANTE Ascensionem datus est Spiritus sanctus Prophetis, 2. Petri 1. n. 21. Non voluitare humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines. Ioannes Baptista repletus est Spiritu sancto adhuc ex utero matris suæ, Luc. 1. num. 15. Et Spiritus sanctus dicitur esse in Simeone, Luc. 2. num. 25. Imò & post Resurrectionem datus est Apostolis, Christo eis dicente: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Ioan. 20. num. 22. Quomodo dicitur in præsentî. Nondum erat Spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus?

131. 2. Petri. 1.

Luc. 1. Luc. 2.

Ioan. 20.

132. Hieron. August. Cyrill. D. Thom. Bouauent.

Per aduentum Spiritus sancti gratiarum plenitudo.

133. Leo. Christus in sua Ascensione magnificè dona concessit

Act. 3.

134. Alb. Maga. Christi missam.

135. Clichton.

D. Thom. missus

anima infundens, vbi hunc Spiritum imbibit de Dei pectore. Quod dum fit, multum differt ab eis, quorum solum ex ore, verbo tenuis fuit vbertas doctrinæ; corde intrinsecus summet oris verba per amorem non sentiente. De quibus Dominus, ait, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Matth. 15. num. 8. Vt Ecclesiasticus Magister proficiat doctrina sua auditoribus prius illam debet in se assidua meditatione decoquere, vt ex intimo cordis affectu, ac intimis pietatis visceribus procedens audientium corda valeat inflammare.

Mittitur Ezechiel à Deo ad prædicandum, eique dicitur cap. 3. num. 3. Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego tibi, & comedi illud. Et statim subditur num. 4. Et dixit ad me: fili hominis, vade ad domum Israel, & loqueris verba mea ad eos. Postquam comedit, ac visceribus recondidit, tunc ex visceribus loqui iubetur. D. Gregorius homil. 11. in Ezechiel. Vt ex dono calæstis gratiæ, ait, etiam verbum doctrinæ percipiant, atque de veritatis pabulo quod ipsi intrinsecus dulciter ruminant, proximos suauiter pascant. Hinc Prophetarum verba dicuntur eructus. Eructauit cor meum verbum bonum. Psal. 44. numero 1. eructus autem ex cibo cocto exhalatur.

Hæc autem flumina, quæ fluent de ventre, ad quem locum fluent: in alios nempe, non sibi solum iustus retinet bona, Sic D. Hieron. D. Thomas, Albertus Magnus, & alij relati quæst. 12. existimant hunc Christi locum desumptum ex Prouerb. 5. num. 16. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.

Sicque ait D. August. tract. 32. in Ioan. Quid est, ait, fons, & fluuius, qui manat de ventre interioris hominis? Benevolentia, qua vult consulere proximo. Ex pectore Apostolorum, ac sanctorum virorum emanarunt flumina, quæ totum orbem irrigarunt, nec enim iusti volunt bona in se continere, sed etiam vt in alios redundent.

Peracto diluuiò ait Deus Noëmo. Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos. Genes. 9. n. 9. & statim subiungit Deus: hoc signum fœderis, quod do inter me, & vos, & ad omnem animam viuientem, quæ est vobiscum, tam in volucribus, quam in iumentis, & pecoribus terræ; ad quid firmitas diuinæ pietatis non solum Noëmi posteritati, sed etiam omnibus animalibus promittitur? Nonne sufficeret Noëmo, si diuina benignitas sibi, ac filiis præxisteret secura; ad quid vltra de animalibus commemoratur? Cum Noëmus esset iustus, suam felicitatem non magnam reputaret, si in se, ac suis filiis clauderetur, nisi in alios, ac etiam bruta animalia deflueret, ac se se extenderet, inde & ei dicitur, quod Dei benignitas ipsi, & omnibus exhibetur. D. Chrysofomus homil. 28. in Genes. Et homini, ait, solatio fuit, quod non solum in se collocarentur beneficia, sed propter se, & in alia animalia extenderetur liberalitas. Vide hoc tom. 1.

Et dicitur. Quod fluent de ventre eius. Per hæc flumina eloquia sacre doctrinæ, ac prædicationis interpretantur D. Cyrillus, D. Damascenus, & alij. Sed cur non dicitur, quod fluent ab ore, sed ex ventre, seu intimis visceribus? Rupertus hoc loco. Flumina, ait, de ventre eius, idest de intimis anima, vbi Deus interno sentitur amore, seipsam

Et dicitur. Quod fluent de ventre eius. Per hæc flumina eloquia sacre doctrinæ, ac prædicationis interpretantur D. Cyrillus, D. Damascenus, & alij. Sed cur non dicitur, quod fluent ab ore, sed ex ventre, seu intimis visceribus? Rupertus hoc loco. Flumina, ait, de ventre eius, idest de intimis anima, vbi Deus interno sentitur amore, seipsam

Sylueira in Euang. Tom. IV.